


His igitur ita uti dictum est constitutis, debita basis integræ species, ut ex sequenti schemate apparet, se se ostendet. Eadem enim species adiecto scamillo oculo H. se se offeret, atq; occurrebat oculo in K. stylobata absq; scamillo existente.



O B I E C T I O.

Sed obiiciet fortasse quispiam, Vitruvii regulam vniuersalem esse, neque enim ait stylobatam oculo eminentiorem, ita oportere exæquari, uti habeat per medium adiectionem per scamillos impares, sed simpliciter de quocumq; stylobata verba facit, par itaq; est adiectionem de qua Vitruvius, vnicuiq; stylobatæ deberi.

DI-